

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Pro desideriorum prauorum morificationes duæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

misera anima mea ad terrena deprivatur & in varia desideria distrahitur. Amantissime Iesu, per charitatem illam, quæ te in manus peccatorum tradidit ligandum & crucifigendum, & quæ te tribus horis in cruce, magis quam clavi illi manibus ac pedibus tuis infixi, continuit, obsecro te, solue iugum captiuitatis meæ, & à cunctis vitijs, concupiscentijs, & prauis inclinationibus libera me. Ab omnibus verò infidjbus hostium, & in omni tentatione protege me. Extingue & occide in me radicitus omnem priuatum amorem, omnes inordinatos motus, passiones & affectus, omnēs fomitem, omnēs prouitatem & inclinationem ad superbiam, iram, inuidiam, vanam gloriam &c. Ab his enim solus tu liberare me potes. Dulcis, Iesu, reple me gratia & perfectissima charitate tua, conserua me in omni bono, vt omnes peccandi occasions fugiam, tentationes fortiter vincam, carnem spiritui subdam, virtutia persequear & exterminem, inspirationibus tuis obediam, diabolij infidias & fraudes euadam, nulli peccato, vñquam consentiam, nihil quod tibi displicet foueam, sed honorum laudem & gloriam tuam ardentissimam fitiam, fidelissime promoueam, & me totum in beneplacitum tuum expendam. Amen.

Contra improbas damonum suggestiones, precatio.

O Domine Iesu Christe, qui propria virtute serpentis antiqui infidias & impugnaciones superasti, omnibusq; te sequentibus per sanctum Apostolum tuum Iacob. 4. v. 8. Iacobum modum certandi & pugnandi docuisti, dicens: Resistite diabolo & fugiet a vobis, dona mihi obsecro omnium discipulorum tuorum infimo veram animi fortitudinem & robur cum hostibus meis congregandi, & eorum molestissimas & difficillimas tentationes ac suggestiones superandi. Nec sinas me pie Domine, qui prope es omnibus inuocantibus te in veritate, ultra id quod possum sustinere a maligalib; infestari spiritibus, ne forte rædio aut diutina molestatione vietus, suis me laqueis irretiant: sed passionis tuz virtute confirmatus, benedictissime matris tuz patrocinio munitus, excubij; sanctorum Angelorum atque omnium electorum tuorum suffragijs vallatus, omnium illorum me infidjbus machinationibusq; fortiter opponam atque obijciam, Amen.

Pro desideriorum prauorum mortificatione, precatio.

O Iesu flagrantissime humanæ creaturæ amator ac reparator, qui mei amore ac reparacionis desiderio totus in ara crncis voluisti arefieri, torri, & exiccati, omnemq; preciosissimum ac nobilissimum tuum pro me sanguinem fundere, nec non ex nimia benedictissimæ linguis tuz arefactione, clamare: Sitio: extingue in me, ob vehementissimum tui erga me amorem, omnem terrenarum ac transuincium rerum sitim & concupiscentiam: mortifica in me omnia praua, illicitæ, carnaliaq; desideria, eneca & trucida omnes inordinatas improbasq; in me affectiones: & effice, vt super omnia a que in omnibus tuum honorem, omniumq; salutem, maximè autem sanctissimæ voluntatis tuz desiderium & impletionem promouere ac sitire satagam, Amen.

Aduersus omnem superbiam & fastum, precatio.

O Bsecro te benignissime Deus, per virtutem profundissimæ tuz humilitatis, eprime, profliga, ejice a me omnem elationem & ostentationem, omnem contentionem & simulationem, omnemq; pomparam ac superbiam fastum, cuiusq; eos